



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11903**

Brücknerus & Forsterus Consules † Lo-<sup>Duumvira-</sup>  
 minatum Curia sibi firmaverant, ita ut al-<sup>1166.</sup>  
 ter alteri in fine anni fasces deferret, cum  
 tamen hactenus quinque Senatorum Col-  
 legia fuissent, quæ totidem annis sibi suc-  
 cesserant. Continuatus hic Duumvira-  
 tus quatuor annis, usque dum plusquam  
 Civilia agi, invadi Remp. cives adverte-  
 rent, hinc aliud foedus † pro libertate, <sup>Foedus cose-</sup>  
 pro veteris Reip. statu pangitur, & eò <sup>trà illum.</sup>  
 Duumviri adacti, ut pristinae successionis  
 leges Senatui redderentur. Pyramis cum  
 statuâ magnificentius ante Curiam erecta:  
 scilicet quædam Imperii Civitates, incer-  
 tæ fidei Rolandum publicis in columnis ex-  
 ponant, libertatis argumentum: eun-  
 dem in statuâ proponere callido Consilio  
 placuit, ut antiquissimam libertatem po-  
 steritati mentiretur. Pyramidem everti,  
 dejici statuam Moguntini petiére, res per  
 Schwindium acta, fuit hic vir in rebus  
 Imperii versatissimus, Cæsaris, & multo-  
 rum Principum Consiliarius, continuo  
 quasi arbitrum inter Electorem, & Urbem  
 in frigusculis egit, & sic ab utraque parte  
 multum quidem ambiebatur, sed ut so-  
 let, à neutrâ gratiam, potius invidiam  
 retulit, hinc infelix exitus, quem postea  
 referam.

\* Secutum † fatale Cæsaris Edictum, <sup>MDCXXIX</sup>  
 quo protestantes Ecclesiastica bona resti- <sup>XXXVI</sup>  
 tuere jubebantur, terruit & illud Erfordi- <sup>Edictū Fer-</sup>  
 am, quæ varia Monasteria, templa etiam <sup>dinandum</sup>  
 Ca- <sup>urbem 1552</sup>  
 Tet.

*Religiosi Mo-  
nasteria re-  
petunt.*

*Franciscani  
inter se dis-  
cordes occa-  
sionem elabi-  
sunt.*

*Augustinia-  
ni Monaste-  
rium suum  
pretendunt*

Catholicis ademerat, igitur in partes eo-  
rum, qui foedus contra edictum pacti  
propendit, eventum rei sollicita expecta-  
tione observans. Non t̄ segnes ad sua  
Religiosi aderant, Cœnobia vindicatur.  
Præcipuè Fratres Ordinis Eremitarum S.  
Augustini, & S. Francisci. Hi t̄ in se  
divisi, mutuâ æmulatione sua commoda  
corruperunt, quippè & cœtus conven-  
tualium, & ille, qui strictioris observan-  
tiæ Monasterium prætendebat, utroque  
asserente, sibi quondam ademptum: tra-  
ctum his tempus, usque dum mutatâ for-  
tunâ utrique negaretur. Felicius t̄ Au-  
gustiniani instabant, licet iis Senatus ma-  
gis resisteret, quod Monasterium eorum  
in quo Lutherus vixerat, quasi sanctum  
haberet, ac Gymnasium in eo Juvenibus  
Studiofis aperuisset: Contrâ Passaviensē  
placitum Cœnobium hoc repeti, quod  
protestantibus antea occupata addicit;  
Ferdinandum (a) decretum itidem re-  
fragari, & cum Thuringicæ Provinciæ Au-  
gustinianorum Præside transactionem;  
imò propositas fuisse pacti leges Mogun-  
tiæ, vigore quarum, & retinere debeat  
Civitas Monasterium, & desuper consen-  
sum papalem accipere. Econtrâ Cæsarei  
edicti executores: Passaviensem transac-  
tionem Erfordiam ut municipalem Ur-  
bem non attinere, decretum Ferdinan-  
deum commentum esse per mendacia Cæ-  
sari

(a) De quo sup. N. 28.

fari imputatum, pacta cum Provinciali & citra mandatum Ordinis, & metu iniuncta, nec in istius præjudicium, nec cessante jam necessitate obligare, tentatam Moguntiaë transactionem in placitum nunquam transiisse. † Urgentibus negotium Monachis cum iis Senatus transegit, ac servitarum monasterium unà cum redditibus addixit, eo in sequentibus turbis devastato, S. Valentini Curiam emere: Sacris Templum S. Wipperti ab Electore ad interim assignatum. Franciscani sibi invicem obstantes intento frustrati sunt.

*Aliud pro suo accipiunt.*

\* Appropinquabat Magdeburgensis ex-cidii Vindex Suecorum Rex Gustavus. II.

XXXV

Tillius & virtutem hostis, & belli fallaciam perpendens, munimenta undique præsidii replet, ut & retardarent hostem, & majore vi pressis refugium essent, † aperiri sibi hanc Urbem, recipique præsidium voluit: trepidabat Senatus, nam sine-garetur, victoriosus ille Dux exequi, quæ rogaverat, potuit, receptum autem præsidium edictum Cæsareum obtrusisset.

MDCXXXI

*Tillius præsidium imponere Erfurto intendit.*

Recurritur ad Schwindium, † & postulata Tillii exponuntur: parituram in omnibus Civitatem Cæsari, Electori, dum gravissimo præsidii onere non suppresseretur; advertere se non tam munimenta intendere Cæsarem, quam Edicti obedientiam, Civitatem autem ad omnia pronam: frustra volentem cogi, Religionis utriusque Civibus præsidium grave futu-

*Ad avertendū Schwindium instruitur.*

R

rum,